





1. abfertigung der beantwortung,
ob einem Schreiben bey dem
frou bifnam = top für ein
zufinden erlaubt seye. 1690
2. Christo-gennete untersuchung
ob ein yordiger die marck
Pract meines Amtes p. bey
der absolution verlassen
könn. 1733.
3. van Bashuysen f. Henr. Jac.
diff. de theologia naturalis
protestantia, Serveste 1726

- 4 Baumgarten / J. G. / Diff. de usu Legis necessario.
Hald 1750.
- 5 ———— Diff. de Permutatione
Christi Hominumq. in Dei ju-
dicio facta legitime, Hald, 1750
- 6 ———— Diff. de Peccatis
contra, sine, cum et ex Con-
scientia peractis. Hald, 1750
- 7 ———— Diff. de Fraternitate
Christiana, Hald, 1750,
- 8 ———— Vindicie adversus Wilh.
Whitson Anglum, Hald, 1750
- 9 ———— Diff. de varijs Modis
abutendi Evangelio, Hald, 1750,
- 10 Bodin. Christoph. Aug. / Diff.
ex Libro Genescos Cap. 1. v. 1.
Helm. Rad. 1749.
- 11 Boet / Matth. / Diff. De prodesti-
natione divina, Bremd, 1683.
- 12 Buddei / Joh. Franc. / programma
invitatorium, de Inspiratione
pend, 1715.


13. Callenberg /: Joh. Henr. / diff. 21. de
Christologia judaica, Halle 1750
14. Chladenij /: Mart. / Trifolium infaustum
Chilasmii, Deismi, et Apocatasta,
Tismi, Wittenberge, 1715.
15. Eckhardi /: Henr. / diff. de Salute
Generis Humani per Lapsum pri-
morum Parentum amissa, et per
Christi obedientiam recuperata,
Giffo, 1608.
16. Academie Georgiae Augustae
programma ad festum Spiritus
S. Goettinge, 1737.
17. ^{progri. ad festum}
Nativitatis Christi, Goettinge
1740.
18. ^{progri. ad festum}
Nativitatis Christi, Goettinge
1739.
19. Hase /: Chr. Godofr. / diff. sistens
Messiam in Jobo, Halle 1750.
20. Heydeni /: Joh. Huld. / diff. de
Divinitate S. Scripturae,
Halle, 1720,

21. Crüger / Joach. oratio, de
 Incarnatione Salvatoris nostri
 Jesu Christi, Wittenberga, 1621.
22. Knapp / Joh. Georg. / Diff. de
 Raptu et Cruce Pauli, Hald
 1750.
23. Academie Fridericianae program^{ma}
 ma in diem natalem Jesu Christi,
 Hald, 1749.
24. Lysér / Polyc. / Diff. Religion^{is}
 nis est non cogere Religionem,
 Lipsie 1629.
25. Weller / Jac. / Diff. an Hereti^{cus}
 cus igne et ferro sit mancipan^{us}
 dus, Wittenberga, 1628.
26. Lysér / Wilh. / Diff. de
 questione, an felicitas tempora^{ria}
 sit Nota Ecclesie, Wittenberga
 1629.
27. Diff. de nomine Catholicæ
 Lutheranae attribuendo, et Pon^{tificis}
 tificis auferendo, Wittenberga
 1629.
28. Diff. de questione, an
 Ecclesie Regimen sit Monarchi^{cum}
 cum, Wittenberga, 1628.

29. Lyseri s. Wilh. diff. an Lutherani
Dei Verbum habeant. Wittembergae
1629.
30. diff. de propria Evange.
lij Doctrina, Wittembergae, Witten-
berga, 1628.
31. Marbachij s. phil. diff. de jejunio
et delectu Ciborum, Argentorati,
1609.
32. Martini s. Jan. diff. de justificatio-
ne Hominiſ. coram Deo. Witten-
berga 1632.
33. Merula s. Matth. diff. an Hetero-
doxi metu poenarum ad fidem
Catholicam cogi possunt. Vico,
poli, 1620.
34. Moscherosch s. J. M. meditation
sur la vie de Jesus christ,
Strasbourg, 1646.
35. Nicolai s. Gottl. Sam. diff. sistens
difficultatem studij Sacri Codicis
eis Cognitione elegantiorum
Litterarum apte minus, Halle
36. Oporini s. Joach. diff. Oracula Esaiæ
Cap. XL = LV. plurquam Esajana
et Bina, Goettingae 1750

37. Osiander / Joh. Adami / Diff. de
Transmigratione Animarum Humanarum
ex suis Corporibus in alia Corpora,
Tubingae, 1756.
38. Ravensperger / Herm. / thematum
exegeticorum, Ainfurti, 1615
39. Reinhardi / Laur. / Observationes
in Evangelium I. johannis.
Lipsiae 1751.
40. Reuter / Chr. / Typus Doctrinae
et theologiae moralis, Serveste, 1718.
41. Schmeltzer / Gebh. Aug. / observa-
tiones de antiquo Basileensis
Bibliothecae Codice Graeco in 14 Codic-
ulorum, Goettingae, 1750.
42. ————— Nexus dictionum Epistolae
ad Hebraeos, Cap. V. vers. 11. usq. ad Cap.
VI. vers. 12. Goettingae 1750.
43. Scherlock / Ruffo / London /
fifth book, 1750.
44. Simonis / Joh. / Diff. de Ratione
quomodo a Reformatis in theologicis
usurpetur, Francofi 1691.

45. Kiesel J. Andre. / Annotata
über Val. Alberts. Specerum,
1698.
wird mit Gott.
46. ————
frankfurt 1700.
47. Strizlitz Christoph. Fried. /
gute vorstellung an Joh. Lysium
wegen der unmittelbaren
Anbahnung, frankfurt. 1715
48. Waleh J. Joh. Georg / Hereticus
orthodoxus, iene 1732
49. Westphal J. Balth. / oratio
explicans Hymnum Mariæ
et Marid, 1621.
50. Winkelmann J. Joh. / Diff.
an Deus Verbum, proprias
suar excellentias realiter
assumptæ humanitati
communicaverit Gisse, 1607.
51. Zeltner J. Gustav. Georg. /
Epistola de impedimentis et
adjumentis Conversionis judæo-
rum præcipuis, Francof. 1735





EXERCITIVM PIETATIS XXXVII.
seu consueta

PIA AD S. COENAM COLLATIO
VALEDICTORIA

simul

DE

**THEOLOGIÆ
NATVRALIS
PRÆSTANTIA,
ET
VTILITATE,**

QVOD

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO GYMN. ANHALT.

DOMINO

HENR. JAC. van BASHVYSEN,

S. S. Th. D. ejusque & L. O. atque Historiarum

Prof. Ord. & Scholæ Senatoriæ Johan-
neæ Inspector,

Inter Commilitones defendet

JOHANNES CHRISTIANVS Herrklotzsch/

Deßlāv. Anhalt.

AUCTOR

A. d. XX. Jul. M DCC XXVI. hora VIII-XI. antem.

SERVESTÆ,

Typis CHRISTIANI BÖHMII, Gymn. Acad.
Anhalt, Typogr.





§. I.



Mnium *Scientiarum* est commune aliquid vinculum, ut jam dudum observavit oratorum Gentilium præstantissimus, Eloquentissimus, ex eo alii, numero infiniti, præcipue *Philologi*, quorum laudes Doctiff. Amicus meus *Gualt. v. Bashuyfen*, S. M. C. nuperrime erudito orbi proposuit: Vituperia juste vindicavit

Anton. Bynæus, in *Somnio suo*, quod ei vigilanti accidit, & legi meretur in fine Tractatus Doctiffimi, de *Calceis Hebræorum*. Adeoque & *Philosopharum*.

§. II.

Ad has pertinet *Theologia Naturalis*, quæ, verba sunt *Frid. Adolphi Lampe*, Præcognoscendorum *Theol. Nat.* §. IV. circa duo potissimum versatur, nempe circa *COGNITIONEM & CVLTVM Dei*, Prius absolvit partem ejus *Theoreticam*; Posterius *PRACTICAM*. Prius *METAPHYSICAM* realem & sublimiorem, posterius omnem scientiam *MORALEM ipsaque JURIS NATVRÆ* latifundia complectitur.

§. III.

§. III.

De *Metaphysicæ* distinctione in *realem* & *verbalem*, antequam Clarissimi *Lampii*, Librum utilissimum de *Theol. Nat.* legeram, jam scripserat Cl. Præses, cujus MStum ineditum *Lipsiæ* expectat editionem Tom. XIII. *Miscellaneor. Lipsiensium*, quorum inter collectores referri Virum Doctissimum, non meo, sed Viro- rum Summorum iudicio, patet ex Tomo XII. in quo ejus habetur *Dissert. de causis neglecti studii Rabbi- nici, ejusque remediis*: *Verbalis* est illa terminorum *Hagar*, de qua legi meretur *Auctor*, qui sub his literis J. H. P. Z. E. D. V. M. latere voluit, in *Theatro Uni- versæ Eruditionis Humane* Francof. ad Moen. 1724. in 4. edito §. 9. Cap. XXI. Quæ tamen in disputationi- bus aliquando usum habet: *Voldero* V. Cl. veritatem obscurat, non illustrat: *Wayeno* patri *veritatis Srybium*, *mendacii color*: Mihi studium non prorsus contemnen- dum, neququam vero Theologo ita æstimandum, ut *Scripturæ Studium, sapientia perfectorum*, ex 1 Cor. 2. imo ne quidem ut *Metaphysica* modo dicta *sublimior* & *realis*. Cessantibus inprimis hodie veteris ignorantia temporibus, in quibus frumentum cum adfit glandes vorare ineptum foret.

§. IV.

Quæri posset de ejus *existentia*? Sed illam cum multis hodie, per Dei gratiam nobilissimi studii ama- toribus, inter quos glaciem fregisse post *Comenium* tamen, viderur *Roellius*, probata fit, suppono.

§. V.

Nec credo eam hauriri tuto posse ex *Pseudo*
Philo-

Philosophorum nonnullorum Gentilium impuris lacunis, sed ex ipsa RATIONE. Laudent hic experientiam Sociniani, cognitionem Dei non *Noëticam* sed *Dianæticam Samuelis Maresii*, Viri in disputandi arte (Studio ita voco veterum disputandi modum per Strophas, imo quod in disputando non concionando, permittebat Divus *Hieronymus*, deceptiones) exercitatissimi, sed *rationis* certo modo (non omni, vid. præf. *Wittichii* ad *Theol.* suam pacificam, ubi in materia de *Sacra Cena*, subtilius vult, ipso summo Philosopho *Christophoro Wittichio* ratiocinari,) hostis discipuli, mihi placet via perveniendi ad cognitionem *Theologiæ naturalis Noëtica*, per Argumenta ex mentis sinu petita, in quo consentientem habeo præter Cl. *Andalam*, *Limmerum*, etiam Dn. *Præsidem*, Cl. *Pünglerum*, *Lampium*, aliosque : Dantur hodie ingrati *Pulli*, quod de discipulis nonnullis *Melanchronis* dicere solebat *Gregorius Bersmannus* (qui insigni errore *Historiæ Literariæ* nonnullis *Georgius* dicitur, licet talia veritati non multum noceant) qui suis Magistris, quasvis inferrent injurias, modo utilitatem temporalem capere, possint : Mihi veritas omni potior est utili : Imo alapa, id est persequutione injustorum, digna esse videtur : Plus enim valet veritas præcipue in negotio *Religionis*, quam omnes *Theauri mundi*.

§. VI.

Sed satis de talibus personarum hostibus, qui veritatem ipsam deserunt, modo alios premere possint : Nos graviora persequamur, & videamus, num *Theologia naturalis*, sit utilis (*Theologo præcipue*) vel nocua?

nocua? Argumentum sane nobile, cui integrum *Volumen in Quarto*, darem, si quis sumtus suppeditare ausit, quales autem cum hodierno ævo rari sint, contenti erunt, Dni. *Committitores*, quibus unice scribo, si præparationis ad S. C. & valedictionis loco, pauca pro *utilitate & præstantia* hujus disciplinæ proferam Argumenta, reliqua publico conservans conflictui, potest enim ad opponendum accedere, quicumque cupit, ubi solidiscedam, minus solida modeste refutabo: si omnia refutavero triumphum non mihi sed veritati adscribam. Præcipue Deo, triumphi Auctori, cui sit Laus, honor & Gloria, Amen.

§. VII.

Hujus *Theologiæ Naturalis* præstantia & utilitas, se prodit,

¶ in *Cultu naturali* Deo debito, etsi nulla revelatio extaret.

▷ *Religione revelata*, quæ docet *Trinitatem*, *consiliumque pacis*, verbo salutem in *MESSIA*, *primogenito Dei Col. 1. 15.* qui morte sua habet jus omnia regendi & possidendi.

§. VIII.

¶ *Cultum naturalem*, revelata Religio supponit; Nam non probat sed supponit dari Deum, & quando confirmat ejus existentiam, ad illum provocat, ut *Ps. VIII. & XIX.* atque diversis locis *Jobi*, item in *N. T. Rom. 1. 19. 20.* *Cultus* est obligatio, qui supponit superiorum. *Natura* autem æque ac *Revelatio* docet Deum esse *creatorem, gubernatorem, & conservatorem*, cujus homo totus est, quia ut solus eum fecit, ita servare &

perdere solus eundem potest: Hinc statuo unum esse principium *Theol. & Jurisprudentiæ naturalis*, existentiam Dei & creaturæ ab hoc dependentiam, hinc AMOREM, vel si generalius velis RATIONEM, quæ tabulæ scriptæ ad instar hunc docet AMOREM, legem Regiam Apostoli *Jacobi* Cap. 2.8. oppositæ ad *Hobbessii* statum hostilitatis, seu belli omnium contra omnes. Hæc docet dari Ideam Dei, omnibus innatam hinc *Cicero*, optime dicit, *nullam Gentem esse tam feram, aut Barbaram que non agnoscat esse Deum.* Quid sunt Gentilium tot Dei, quam argumenta pro existentia unius Dei, a quo omnia non per emanationem, sed sapientissimam creationem producta sunt, atque ita ut ab ipso, ita etiam ad ipsum esse debent.

§. IX.

In rebus revelatis, ostendit gratiam non tollere naturam, hoc est, gratiam non solvere obligationem naturalis vincula, sed fortius adstringere: Tollit corruptionem, ergo obligat ad eo magis amandum statum integritatis, ut homo conetur magis magisque vias suas emendare, atque se redigere in statum naturæ, non corruptæ, sed integræ: Amo proximum jure suo, per officia Legis naturæ, magis amare teneor quando video, & ipsum & me quoque ex eadem corruptione amore Dei extractum, adeoque ita amare debere fratrem meum, ut Deus & ipsum & me amavit: Concionator officia pietatis nunquam feliciter docebit & adstringet, quam ostendendo naturam æque ac gratiam hoc officium inculcare, quod Paulus ordinario facit, quando ipsi cum gentibus res est.

X. Imo

§. X.

Imo in *mysteriis* ipsis ostendit æquum esse, Deum velle nos hoc vel illud *Mysterium* credere; Alias quilibet posset dicere, hoc est *Mysterium*, tibi credendum, captivanda est ratio, ex male intellecto loco 2 Cor. X, 5. ubi *captivare rationem*, est eam de æquitate credendorum convincere, & sic captæ sunt *altitudines* i. e. Principatus, confer Psalmi XLVII. versum 10. *Deus in protectionibus* (vel *Clypeis*) *terre, valde* (sc. nunc sub N. T.) sic verto, *excelsus est*: Licet illa sæpe magis comprehendendi, quam apprehendi, hoc est generaliter, non specialiter cognosci possint: In quo ego acquiesco, Athei non, qui & quidem sine contumelia, pacifice & humanissime convinci debent, quousque possumus, reliquis Deo commissis.

§. XI.

Omnes hæreses oriuntur ex prava voluntate & superbia, possunt autem non melius amice refutari, quam ex clarissimo, quantum in hac cognitione terrena licet, ubi tantum ex parte secundum 1 Cor. XIII. fin. cognoscimus, conceptu attributorum Dei: Sic cur non credis *Transubstantiationem*? quia repugnat ideis innatis, & loquuntur ejus amatores verba quæ non intelligunt, *abusata*, quæ ut rationi repugnant ita falsa sunt, ut probavit magnus rationis amator, Dn. *Joh. Alph. Turretinus*, in Diss. de *abusatis* an credi possint, contra Cl. Dn. *Christoph. Matth. Pfaffium*: Hinc *Joh. Henr. Hulsius* rationem vocabat *principium credendi*, etsi forte ex odio aliorum mutaverit mentem in Libro cui nomen *Causa Dei*, quale etiam nomen suo contra *Joh. Christ. Wolfium* Libro dedit Cl. *Lange* Prof. Hallens. sed qua fide malum judicare *Steph. Vitum* Prof. Gymn. Carolini Hasso-Castellani, in Libro de *Syn Dor dracena* contra Cl. *Joh. Laur. Moshemium*: In recensione *Maichelii* hoc omnibus Reformatis adscribitur: *Lampe* in Anal. *Melch. fund. Theol. didasc.* vocat *principium imperfectum*, S.S. vero perfectum, p. 1. & 2. sic Clarissimi *Vitringæ pater* & filius, ut ex ipso.

ipsorum *MS*is patet: Hinc optime *Lampe* Th. nat. p. 10. *Sublata igitur RATIONIS in recto suo usu veritate, omnis veri norma est sublata, ipsique qui eam impugnant, obmutescere debent, nihil probaturi nisi sententiam suam rationibus adstruant, de quarum soliditate extincto rationis lumine nemo convinci poterit.*

§. XII. Si igitur ratio & pax tanti sunt momenti cur eas utentibus S. C. & hic in Gymnasio nunc per Dei gratiam pacifico Studiorum causa agentibus non commendarem: Exulet hæresis circa mensas, floreat pax circa easdem, qui in inimicitia uruntur S. C. se condemnant, nos pace ea utamur: Vos vero valete Clarissimi Doctores, nec minus vos lætamini in Domino & felici successu Studiorum gaudete, commilitones optimi. Dixi.

Præsidis ad Doctissimum Dn. Respondentem Votum.

TV itaque doctissime Dn. Respondens, qui bonorum testimonio dignus es, quoque vale & Musis nostris fave: Triennium Tuum summa cum laude absolvisti, atque ter sub meo Præsидio disputasti: Dignus cui ex Recessu Gymn. stipendia dent Generos. & Excell. Dn. Testamentarii (qui enim nondum sunt in Gymn. vel illud impie præterierunt ex concluso Seren. Pr. Anh. Sapientissimo, merito eo beneficio excluduntur) dignus qui pro sacris rostris dicas: Nam patere debet iis solis suggestus facer qui vitæ probæ & studiorum a Dn. Professoribus probatorum sunt: Probavi tua studia, & opto alios Desævientes, hic non nominandos, eadem sedulitate studios & non otio litasse, se æque ac Tu Patriæ patris optimi voluntatem implevissent, & proprias meditationes suggestui inferrent & non corniculæ Æsopicæ adinstar alienis superbirent plumis; sed ne videar dum iuste laudo, plus laudare quam par est, desino in Voto quod illis omnibus facio qui grati abeunt, & valedicunt, vale

& cresce gratia apud Deum & omnes pios homines

Scripsi Serv. An. d. XX. Julii

M DCC XXVI.

* (o) *


NOTÆ
ET ADDENDA
AD DISP.
DE THEOLOGIÆ NATVRA-
LIS PRÆSTANTIA ET
VTILITATE.

ADdo ex prædicti *Joh. Alph. Turretini* Disp. per cognatum Respondentem Clarissimo Præfidi missam; *Qui ejus fidem negant, suum assertum ex ea probare coguntur*: Tollatur ab usus & maneat usus, *Socinianis* errant, quando putant id rationale esse quod sui simile habet increaturis: Mihi id quod non involvit manifestam contradictionem, etsi sui simile, ut *Trinitas & incarnatio* λόγος non habeat in creaturis: Vides quantum ab his differant illi qui inter *Reformatos*, imo & *Lutheranos* rationem amant, nec diffitebuntur multi ex *Dn. Lutheranis* meas assertiones esse æquas, & magnum utum habere in refutandis *Atheis* qui *Miracula Christi* aliaque mysteria irrationalia vocant, *Judeis, Socinianis, Pontificiis*, aliisque, vide *Theses Cl. Joh. Jacobi Taddel Decas Theorematum Philosophico Moralium* dictas, ubi statim *Decas I.* habet hanc Inscriptio- nem *de Rationis folio deturbatæ restauratione 1723. die 20. Nov.* digna quæ recudantur, contra hostes Rationis & amatores *Atheismi*, qui ordinario rationis in rebus fidei usum contemnunt. Resp. *Joh. Frid. Junack*
cum

)(

* (o) *

rum Th. & Philos. Cultore, jam V. D. M. de hac materia in ipsa Acad. Vitenbergenli defensas, in opulentissima Clariss. Præsidis Bibliotheca, ex qua de hypothesi nostra an Reformatorum sit vel non, rectius, quam nonnullis novis libellis dignis qui mittantur in loca ubi venditur piper & oleum judicari poterit, ut misere *Christianus Philadelphus* dicat eum prodidisse arcanum, quod Reformati reliqui efferre non audent, præstitisset Virum doctum legisse non solum suæ sed & nostræ Confessionis Auctores. Et sic nec *Anton. Drafse Austriacus* V. Cl. habet ansam ejus d. 13. Jan. 1725. a me defensa disp. & *Program. Latin.* expositam sententiam contra doctissimum H. P. L. M. carpendi, atque in suo nupero (tertio) scripto pro mira (possibilitate) declarandi sententia: Da Domine pacem, pacem in temporibus nostris. Quæ pacis non belli causa ad innocentem excusandum dicta sufficiant,



ad 24.

00 A 6402


ULB Halle 3
002 927 349



Sb.

VD 17







3

EXERCITIVM PIETATIS XXXVII.
feu consueta

PIA AD S. COENAM COLLATIO
VALEDICTORIA

simul

DE

THEOLOGIÆ
NATVRALIS
PRÆSTANTIA,

ET

VUTILITATE,

QVOD

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO GYMN. ANHALT.

DOMINO

HENR. JAC. van BASHVYSEN,

S. S. Th. D. ejusque & L. O. atque Historiarum
Prof. Ord. & Scholæ Senatoriæ Johan-
neæ Inspector,

Inter Commilitones defendet

JOHANNES CHRISTIANVS Herrklotzsch/
Deßäv. Anhalt.

AVCTOR

A. d. XX. Jul. M DCC XXVI. hora VIII-XI. antem.

SERVESTÆ,

Typis CHRISTIANI BÖHMII, Gymn. Acad.
Anhalt, Typogr.